ad solvend[um] succumbendo. Proque quidem Vadio modo p[rae]misso ad solvendum suc=
cubito, ac pro re aliqua principali ex p[rae]missis non completa complenda cit[ati]
existentes, memorati Recognoscentes D[omi]ni Daniel Borysowski et Heliugis de
Biała Coniuges sive eorum successores, ad Instantiam p[rae]fati D[omi]ni Ludovici de
Biała Bielski Slachseni Lublinen[sis] Cessionarij sui, vel eius posterorum ad officium
p[rae]sens Castrense Capitaneale P[rae]misliense, ex nunc recessu suprascripto quoad
respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tam-
quam peremptorio stare; Iuri parere, respondere, Vadium p[rae]fatum luere, In-
scriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit, et tenebitur
se[se] ac suos Successores, ad eadem omnia inscribit et obligat p[rae]sentibus.
Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes
Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori, mi-
norennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio milita-
ri, ad munimenta ad evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus, et legali-
bus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vltra proximos officij
p[rae]fati Castrensis Capitanealis P[rae]misliensis Terminos, dilationem sibi non re-
cipiendo, nullasq[ue] motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo
ac p[rae]missa omnia p[oe]nis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, suspensi-
onibus, fatalijs Iuris p[rae]scriptione Terrestri, bello, Conventioneq[ue] ac alijs
omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio
quovis evadendo, His suis p[rae]sentibus Recognition[e] ad ip[s]a omnia mediantibus.

Vigore Laudi Feria Sexta post Festum Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono. 5/VII 1669

F. Dąbrówski Iudæum Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis p[rae]sen[tibus] Castren[sibus] Capitanealibus P[rae]=
misliensibus Famatus Petrus Dąbrowski Civis P[rae]misliensis, sanus mente
et Corpore existens foro suo quovis competenti omisso, et Iurisdictioni eq[ue]=

p[rae]sen[ti]

pria posthabita, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quoad actum hunc attinet, secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Perfidum Anzyh Iudaeum et Panni Mercatorem Perfidi Morscho dicti Boziaty, Fratrem germanum eiusque posteros de Causa et actione Iudiciaria eidem Perfido Anzyh ad Iudicia Expeditionis gnatis bellicis ex vi Termini Tacti ratione per ipsum Perfidum Anzyh Feria secunda ipso die Festi Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae proxime praeterito dum et quando idem Regnis Pannum, alias sukna Purzinkowego Pięc Łokci targuiąc verbo eiusdem Iudaei Mercatorio credendo Quinque Cubitos per florenos Quatuor et grossos decem emerat, loco panni vulgo sukna Purzinkowego Pakłaku venditionis Suique Recognoscentis defraudationis per se Recognoscentem instituta et intentata, Necnon de eadem ipsa poena Infamiae eiusque publicatione hac in Causa obtenta Quietat emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronunciat, Causam eandem et Actionem Iudiciariam atque poenam Infamiae cum eius publicatione ob praescriptam satisfactionem in toto et per omnia Cassat, mortificat, et annihilat, sibi suisque posteris praemissorum ratione perpetuum imponendo silentium.

6 VII 1669 Vigore Laudis Sabbatho post Festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono.

Rybinski Swiechowskiey Rożt

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Mathias Rybinski sanus Mente et Corpore existens, a Terrestribus, districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et Competentibus recedens Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie